

rit aliqua, non ea solùm creptorum medicamentorum pœna in officio continetur, sed & medicandi priuilegio prohibetur, & instar fontis nocentisq; hominis, Medici titulo indigni, exterminator. Certè, quicumq; Medicorum, his iã dictis de causis pharmacopœis deberi medicamentorum præparationem graui suo assensu existimarint, an' nō de sua fide incerti, vel sola suspitione eorum numero se inferunt, qui cōscientiæ pōdere cupiunt eiusmodi decretis, intra limites pietatis, formidine pœnæ contineri. Sed quibus bona mens est, bonus animus, secus faxint. Sunt præter has iam dictas rationes & aliæ, quæ maius specimen persuasæ veritatis præ se ferunt. Idonea ciborum præparatio Medicinæ propria est, ὅτι ἄρῃ) Ἰπὶ τῆς αἰσθητικῆς ὑγιεινῆς καὶ τροφῆς καὶ σωτηρίῃ, vt loquitur Hippocrates, & tamē illa non à Medico obitur. Coquus est minister Medici, qui sufficienter institutus, id excoquit, quod iubetur. Sic Medicus gymnasta præscribit pædotribis & athletis exercitij modū, quo corporis habitum inculpatum conseruent, quibus

fri-

*Alia argu-
menta sol-
uuntur.*

*De veteri
Medicina,
num. 27.*